

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7532

Auteur(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Mézidon-Canon, Sainte-Barbe-en-Auge (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1150-1154]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe de Harcourt confirme et fait des donations au prieuré de Sainte-Barbe-en-Auge.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Sauvage René-Norbert, *Note sur les textes narratifs provenus du prieuré de Sainte-Barbe-en-Auge*, Caen, H. Delesques (Mémoires de l'Académie nationale des sciences, arts et belles-lettres de Caen), 1908, p. 13 (extraits).
- b. Bourrienne Valentin (Abbé), *Un grand bâtisseur : Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux (1142-1163)*, Paris, Naert, 1930, Pièces justificatives, n° V, p. 138-139.
- c. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 25, t. 1, p. 51-52.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, p. 180, n° 2.

Dissertation critique

Datation proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après b

Philippus, Dei gratia Baiocensis episcopus, dilectis in Christo fratribus Guillermo, priori de Sancta Barbara, ceterisque omnibus in eadem ecclesia canonice professis, tam presentibus quam futuris, salutem et benedictionem in Domino. Quoniam alter alterius onera portando Christi legem adimplere debemus, vestram, fratres karissimi, necessitatem in temporalibus supportare curantes caritatis vicem non nisi in spiritualibus cupimus irrogari. Talis itaque recompensationis intuitu, petioni (sic) vestre libenter annuentes, concessionem et confirmationem omnium beneficiorum in episcopatu Baiocensi, tam per nos quam per antecessores nostros in elemosinam vobis et ecclesie vestre legitime collatorum, auctoritate nostra roboramus, et scripti presentis attestatione comunimus. Terram videlicet quam Gislebertus de Ebroicis et ejus heredes tenuerunt ab antecessoribus nostris episcopis, apud Ageium, cum hominibus ad eandem terram pertinentibus, quam predicti Gisleberti heredes dederunt in elemosinam ecclesie Sancte Barbare, assensu et confirmatione predecessoris nostri Ricardi secundi, liberam et quietam ab omni servitio et auxilio, et ibidem, apud Ageium, dimidium ecclesie Sancti Vigoris et omnium bonorum et elemosinarum ad eandem ecclesiam pertinentium, salvo nobis in eadem ecclesia Sancti Vigoris omni jure episcopali. In leugata Cambremarii, ex dono nostro, petitione et assensu Hugonis de Monteforti, et Walteri de Pinu, ecclesiam Sancti

Laurentii de Montibus, cum omnibus decimis et elemosinis terrarum ad eam pertinentibus, liberam et quietam a sinodo et circata, et auxiliis, et homines, in elemosina ejusdem ecclesie manentes, liberos et quietos ab omni servitio et auxilio. In Oximensi pago, ex dono nostro, petitione et assensu secularium dominorum Willermi Taneti primum et Durandi de Diva, apud Braium, ecclesiam Sancti Albini, cum decimis cantarie et elemosinis ad eam pertinentibus, cum terris etiam eidem ecclesie datis seu dandis in elemosinam ad sustentationem fratrum ibidem Deo servientium in manu et obedientia vestra, salvo nobis in eadem ecclesia Sancti Albini omni episcopali jure ac reverentia. Testibus Hunfrido, archicapellano nostro ; Herberto, cantore Baiocensis ecclesie ; Roberto, subdecano ; Willelmo de Leone ; Roberto Tellart ; Giroldo et Roberto de Barnevilla, tum decanis nostris in Oximensi ; Durando, priore de Plausiciaco.